

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Clericus k
cum uariis

Olim predictum est et nunc tempus implecionis aduenit: ecce in pace amaritudo mea amarissima; amara prius in nece martirum, amarior post in conflictu hereticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest; ita inualuerunt et multiplicati sunt super numerum. Intestina et insanabilis est plaga ecclesie, et ideo in pace amaritudo eius amarissima, sed in qua pace? Et pax est et non pax; pax a paganis, pax ab hereticis, sed non profecto a filiis. Vox plangentis ecclesie in tempore isto: filios enutriui et exaltaui; ipsi autem spreuerunt me. Spreuerunt et maculauerunt me a turpi uita, a turpi questu, a turpi commercio, a negocio denique perambulante in tenebris. Superest ut iam de medio fiat demonium meridianum.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

conflictu] uiciorum *add. (del. intra)* B; potest] potes L¹ L²; meridianum] meredianum B M (*cor. intra* M)